



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

19 Legati mißi, qui.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

etiam ex legitimo matrimonio procreatos, vel ex eis nepotes habentes, quia nequeunt suæ testimonium continentia exhibere, & pater erga filios naturali affectus nimium quadam propensione alligatur, ut verendum sit, ne propterea variis propriæ domus negotiis, ac multiplici liberorum cura distractus; Ecclesiæ negotia sibi credita, aut negligenter tractet, aut minus sollicitè, & fideliter, quàm par sit, ejusdem Ecclesiæ jure tueatur, ut in eadem constit. 50, §. eum autem, cap. priusquam, in fin. 28, dist. & c. sicut ver. habentes, 47, dist.

Et pater, etiam ex uno parente germanus, vel patruelis consobrinus, aut amittinus patruus, aut avunculus nepotis ex fratre, vel sorore Cardinalis viventis, eo vivente, & è converso talis nepos patris, aut avunculi, Cardinales esse prohibentur, ut ibidem, §. Insuper ut, & §. sed, & par. 15, ead. 50, constit. Salva tamen Papæ auctoritate, quia in omnibus supra expressis, in suis Cardinalium promotionibus dispensare potest, tam super ætate, quàm numero, & aliis impedimentis, ut habetur infra in cap. de Dispensat. ferè per tot. cum possit constitutiones prædecessorum revocare, Clemen. un. & ibi gloss. in ver. pro infectu, de imm. Eccles. & Navar. in cons. 3, num. 9, par. 2, de spons. Præterea in Eccles. S. Joannis Later. S. Petri, & S. Mariæ Majoris de Urbe, & earum singulis est dignitas Archipresbyteralis, quæ Cardinalibus  
16 t per Papam confertur cum ordinaria jurisdictione conferendi, visitandi, & corrigendi, qui post Pontificalem primam habent dignitatem, & in eisdem Ecclesiis solum Papam habent superiorem, & tenentur per se ipsos, vel substitutos, animarum curam gerere, ut cap. perlectu, §. Ar-

chipresbyter, 26, dist. & cap. officium, de off. Archipresb. Secundum locum t obtinent Legati, quorum tria sunt genera, de Latere, Missi, & Nati, Guid. Pap. in rubr. de off. leg. Saphil. eod. tit. n. 1, & Specul. de leg. §. superest videre, in princip. lib. 1, par. 1.

18 Legati t de latere sunt Cardinal. qui primum locum obtinent, & eisdem legatione durante, idem honor, sicut Papæ, est exhibendus, gloss. 2, in cap. qua de causa, 2, q. 4. Felin. in cap. mandata, num. 1, de presumpt. & Specul. d. §. sequitur videre, n. 2, & ipsi videntur habere jurisdictionem ordinariam. Abb. in cap. novit, num. 2, & in cap. fin. num. 2, de off. leg. gloss. in cap. Legatos, in verb. Proconsulum, in fine, & in verb. reputantes, eod. tit. in 6, & Specul. de leg. §. nunc ostendendum, num. 54, lib. 1, par. 1, possuntque conferre beneficia, quæ conferre non possunt Legati missi sine speciali Sedis Apostolicæ facultate, c. 1, de off. in 6, & Compostell. in cap. dilectus, num. 5, eod. tit.

19 Legati missi t ad certas Provincias non Cardinales sunt, quibus committitur legationis officium, Specul. d. §. sequitur videre, num. 3, & regulariter vocantur Nuncii, qui omiſſa disputatione, an de jure communi antiquo in Provincia eis commissi, habeant ordinariam jurisdictionem, de qua per Specul. eod. tit. §. superest videre, num. 2, & 3, hodie nec Legati de latere in cognitione causarum habent ordinariam jurisdictionem, quæ illis tribuitur, ut legitur in facultatibus Clementis Papæ VIII. dum Cardinalatus fungeretur officio ad Regnum Poloniæ Legati, ubi ad causas Ecclesiasticas, prophanas, civiles, criminales, & mixtas ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, sine præjudi-

cio Ordinatorum, quo ad causas huiusmodi, in prima instantia coram eis juxta ejusdem Conc. Trid. decretum, cognoscendas, & cap. habuit facultatem, ut in litteris sub dat. Rom. anno 1588, 10 Kal. Junii, de quibus in 2. par. Bull. Sixti Papæ V. c. 35 §. Necnon horum, & Sacri Conc. decretis ita caveretur. Legati ¶ quoque etiam de latere, Nuncii, Gubern. Ecclesiast. aut alii quarumcunq; facultatum vigore, non solum Episc. in prædictis causis impedire, aut aliquo modo eorum jurisdictionem nis præcipere, aut turbare non præsumant, sed nec etiam contra clericos, aliasve personas Ecclesiast. nisi Episc. prius requisito eoque negligente, procedant, aliàs eorum processus, ordinationesve nullius momenti sint. atque ad damni satisfactionem partibus illati teneantur, ut in cap. 20, §. Legati quoque, sess. 24. de reformat. Et non creditur ¶ Nuncio Apostolico, nisi ostensis litteris suæ facultatis, ut est rex. in c. 1. §. sane in Extravag. com. de elect. Bartol. in l. unic. num. 2. C. de mar. princip. & ibi Dec. num. 15 & Fed. de Sen. consil. 251. num. 1. cum enim agatur de interesse Episcoporum, in quorum diocesanos jurisdictionem exercere debent, illis, quorum interest, facultas est edenda, quia cum Nunciis Apostol. plures facultates ad voluntariam jurisdictionem spectantes concedantur, ut beneficia conferendi, dummodò secundum communem æstimationem valorem annum 24. ducat, non excedant, non tamen in Cathedralibus. Ecclesiis, ac ut plurimum nec in Collegiatis, minusque beneficia regularia, monitorialesque litteras in forma: Significavit, dispensationes extra tempora pro arêtatis, & in aliquibus casibus absolvendi, illa clausula, quòd inferere

non teneatur, respicit similes provisiones in quibus facultas non est inferenda, & non sequitur: non est inferenda, ergo nec edenda, quia aliud est inferere, & aliud edere, & ex diversis non fit illatio, l. Papi-  
*manus exuli, ff. de minor.* Quando enim agitur de præjudicio tertii, tunc, nec Cardinali asserenti se legatum, creditur, nisi ostensis litteris suæ legationis, ut post plures per ipsum citatos tenet Farinac. in *tract. de test. q. 63, c. 2, n. 64* & quando absque illius editione in Regno, seu Provincia ei commissâ, habetur, & reputatur pro Nuncio, postquam à Rege, ¶ vel Principe, ad quem fuit missus, dignoscitur admissus, & receptus; tunc absque ostensione litterarum habebitur ab omnibus pro Nuncio, in his quæ ad Nunciaturæ officium, & jure legationis spectant, secus, quo ad alia, quæ speciale mandatum requirunt, ut distinguit Staphil. *qual. deb. ff. leg. n. 10.* & in concernentibus jurisdictionem, in quibus non creditur Nuncio, nisi ostensis litteris ex supra allegatis, c. *nobilissimus*, junct. *glos. 97. dist. Abb. in cap. quod super his, n. 5.* & Felin. *n. 9. de fide instr. licet autem Staphil. ubi sup. nu. 12.* teneat, quòd, si Legatus habeat in facultatibus, quòd non teneatur inferere, vel ostendere facultates, stabitur assertionis suæ, argumento statuti disponentis, quòd statur juramento officialis, ibi loquitur de Legato de latere, & sic de Cardinali, non de Nuncio, & argumentum, quòd stetur juramento officialis, non procedit in assertionem Nuncii sine juramento, cui non est credendum, quia in causa propria nemo est idoneus testis, c. *si testos*, §. *item omnibus*, 4. q. 3. c. *insuper. in fi.* & ibi Abb. *nu. 6. de testi. tantò minus, quia unicus & unicus testis non probat, c. veniens, & c. licet.*